UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Chenelmo martyre. Cap[itulum]. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

GErmanus: Theopolus: ceſarius et vitalis martyres apud ceſaream cappadocie ſub perſecutiõe decij ceſaris optime duxerũt martyrium. Quo tpe: vt ſcribit hieronymus: voti erat xpianis ꝓ xpi noīe ꝑcuti: verũetiã callidus hoſtis tarda ad mortẽ ſupplicia conquerens animas cupiebat iugulare non corpora: ⁊ vt ipſe qui ab eo paſſus eſt cyprianꝰ ait: volẽtibus non permittebatur occidi. Quo tempore paſſi ſunt illi duo iuuenes de quibus in vita ſancti pauli primi heremite dicitur: vt ſupra dictũ eſt in eius vita quarto idus ianuarij. Paſſi ſunt prefati ſancti martyres germanus ⁊ ſocij. iij. nonas nouembris. Hec hieronymus in martylogio ſuo.

De ſancto Chenelmo martyre. Cap. xix.

CHenelmꝰ martyr i anglia paſſus eſt. Hic fuit filius cenelphi merciorũ regis. Quẽ ille moriens dryde ſorori ſue tũc ſeptennem commiſit alendũ. Illa ꝟo mortuo rege falſo ſibi regnum preſagiens infantulum occidendum ſatelliti: qui eius erat alumnus tradidit: preciumqꝫ promiſit. Qui puerum venatum ducens inter fructecta obtruncauit. Hoc autem celatum in anglia ſtatim diuinitus innotuit. Nam columba de celo aduolans ſuper altare ſancti petri rome deſcendit: ⁊ membranã anglicis elementis ſcriptam detulit: atqꝫ in altare depoſuit: cuius tenor necem pueri martyris: ⁊ ſepulturam per ordinem prodidit. Que a quodam anglico interpretata eſt. Statimqꝫ papa per epiſtolam regibus anglie directam compatriotam martyrem indicauit. vnde frequenti cultu corpus innocentis de loco vbi iacebat ſolenniter leuatum eſt. Cum autem ferretur vincecumbã clericis ⁊ laicis canentibus: dryda parricidialis e feneſtra cenaculi caput extulit. Et forte pſalterium legens peruenerat ad ps. Deus laudem meam ne tacueris. quã a fine neſcio quo preſagio retrograde dicens: nitebatur cantantes infringere. Tunc virtute diuina oculi illius a capite euulſi verſum illum. Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi ⁊c. cruore polluerũt. Et in ipo libro vſqꝫ hodie extat cruoris inſignia immanitatem mulieris ⁊ vltionem dei ſpirantia. Paſſus eſt autem ſanctus martyr tertio nonas nouembris. Hec gulielmus.

De ſancta Alpaide virgine. Cap. xx.

ALpaides virgo de tudoto circa annũ domini. M. clxxx. ſanctitate nimia claruit. Que multis annis i corpore degens infirma ſine vllo cibo permanſit. Hec genere infima officioqꝫ bubulca: ſanctarum ſcripturarum intelligentiam diuinitus obtinuit: ⁊ mire prudẽtie conſiliũ habuit. Que flagello domini diutius attrita eſt: adeo vt propter effluentem de corpore ſaniem etiam ſuis fieret in horrorem: patientia aũt ſumma predita: nec aliquãdo cõturbari viſa fuit. Nullumqꝫ cibum per annos multos trãſicere valuit: niſi ſolum eucharistiam ſacram: et lecto decubans non niſi ab altero moueri potuit. Hec aũt a deo accepit: vt ſepiſſime in exceſſu rapta: ãgelo duce: ⁊ loca penarum ⁊ gloriam ſanctorũ percurreret: ⁊ occultas viſiones aſpiceret. Frequẽter autem in ſolẽnitatibus chriſti vel eius matris rapta mũdum totum quaſi in pile ſpeciẽ intuebatur: et ea que in mũdo fiebant contemplabatur. ad corpus quoqꝫ rediens multa occulta et ſecretiſſima dicebat: et quedam ex his que viderat reuelabat: quedã ꝟo a deo premonita occultabat: plerũqꝫ etiã futura predicebat. Quieuit autem in pace apud tudotũ tertio noñ. nouembris. Hec ex geſtis francorum.

De ſanctis Vitale et Agricola martyribus. Cap. xxi.

VItalis ⁊ agricola martyres paſſi ſũt in ꝓuincia italie in ciuitate bononienſi temporibus diocletiani ⁊ maximiani imperatorum: quorum paſſionem ſanctus ſcripſit Ambroſius. Fuit aũt vitalis ſeruus agricole: nũc ꝟo conſors ⁊ collega martyrij: preceſſitqꝫ ſeruus vt ꝓuideret locum: ſecutus eſt dominꝰ ſecure: quo datam fidẽ ſerui iam inueniret paratam non alienam. Cum ergo ſanctus vitalis cogeretur a perſequẽtibꝰ vt chriſtum negaret: et amplius domini fidem profiteretur: omnia tormentoꝝ genera in eũ exercentes: vt nõ eſſet in corpore eius ſine vulnere locus: oratione fuſa ad dominũ emiſit ſpiritũ. Sanctus ꝟo agricola mitior habebatur moribus vt ab ipſis etiã inimicis diligeretur: ideoqꝫ differebant eius paſſionem. Deniqꝫ vbi nõ acquieuit perſecutoribꝰ: ſanctus agricola crucifixus eſt. Quorum corpora in iudeorũ ſolo ſepulta ſunt.

Poſt multos autẽ annos idem locus ſancto